

Bibliothèque numérique

medic@

**Nogent, Jean de - candidat / Gaudin,
André - président. - An Hydrops
uterino Aquila alba ?**

1630.

***Caen : Ex typographii Michaelis
Yvon.***

Cote : ms 78 n°21



NOBILISSIMO CLARISSIMOQUE VIRO D. D.
IOANNI HEROARD
 REGIS CONSILIARIO AC SUMMO
 GALLIÆ VECTIGALIVM CENSORI INTEGERRIMO, &c.

ΥΓΙΑΤ ΝΕΙΝ.

PRINCEPS illa nature virtus, (VIR CLARISSIME) quæ viuit in prole parens procreatione similis, aquarum exundantium mole obruto folio languescit, chara coniugii pignora desiderans mater amissam dolet fecunditatem: nostra eni Alba ad salutem aduolat Aquila, sed qua contortis in se telis Asclepiadarum perfossa facile rueret, ni felicissimo tuo prodiret auspicio. Equidem scio quam temerarium ausum hoc possit videri, tui sic abusi magnitudine nominis, at verò cogit discrimen, urget officium, & grata suadet humanitatis tuæ recordatio, quæ veniam mihi paratam confido, te nostræ felicem auctorem olim habuere studia, te modò fautorem implorant, & cò sanè inclinante sato nobis si ma fauent stemmata, amicæ namque natura vi regia tua dat Aquila ne generentur imbelles, nec si me circumuolauerit, impauida sine vnquam aduersariorum purpura splendore deterri, neque me generosi leones, te annuente, vinci patientur: tuorum lumine syderum illustratus adyta quæque recludam, galeæ quæ munitus, atque tigno securus nihil pertimescam: Patere igitur (Vic Clarissime) vt hæ Assertiones tui armis ornata, heroica tuâ virtute protecta, ipsi præsidium natura, mihi vero lauream consequantur. Vale.



QVÆSTIO MEDICA INAVGVRLIS MATVTINIS DISPVATIONIBVS DISCVTIENDA.

An Hydropsi uterino Aquila alba?

21.



ERENNE quatuor ab elementis quod patimur triplicis substantiæ nostræ dissidium, humidique primigenii ope nulla reparabilis effluxus assiduus *anhydros* negant hanc grata largitur venus, propagatione nostri, quæ maris sat, sceminaque conceptu perficitur. Organorum ideo varietate & situ sagax utrumque natura distinxit, neque mas in se nec ex se femina generat; sed dum præcipientes ruunt in amplexus mutuos, quod fecundum ambo atque ab ipsi solis testibus vitæ beatoris & animi ac fecunditatis authoribus excoctum elaboratumque sed *anhydros* semen effundunt, miro appetitu pellicit, fouet, ac suscitatur uterus *anhydros*, atque in muliere generat: tionis pars princeps: At vero huiusce visceris ut mira vis est, si bene temperatum conformatumque sit, ita sane calamitas ingens, ubi vel in minimis deficit, veluti quando aquarum immensa copia tumet, distenditurque, quem affectum uterinum hydropem nuncupamus, definitumque tumorem uteri præter naturam ex collectione pituitæ, feri, aut flatus ob ionati caloris imbecillitatem, atque alimenti vitium, siue partis substantiam, siue *anhydros* ipsam noxius inundet humor, aut *anhydros* eleuet *anhydros*.



OLEM Cælo sereno laudamus amicum, quem sæpe moles imbrum insinuat nocens: laus sic mensa luxurians cibariis & præter solitum lasciuens Cupido, quod recreantur antè, breui corpus enervant; frigus ambiens, abortus, mola, mœsticia, moror, cæteraque animi pathemata immoderata si fuerint, & excrementorum proventus, morbi *anhydros* conferunt: Ipsum verò partis intemperies frigida parit intus, & alit continenter impura proluues, fluitque conspiratio, fouet eundem vitio hepatis, aquosæ massæ eò defluentis indefinens inundatio, quam etiam interdum *anhydros*, renum intemperies, lienis error, mesenterii mador, aut reliquarum partium infimæ regionis superfluum & liquidum excrementum accersit.



RAVEM adeo laborem natura non patitur, quin se significet obsessam, nec Lunæ cursum sequitur, suum nec fecundat aruum, sistant enim *anhydros*, nullus sit conceptus, flaccescunt mammae, si quæ lac concoquant, serosum effundunt, murmur edit uterus, illius gracilescit ceruix, languet Venus, feret alius, aquosum stillant nares, intumescunt inferiora maxime, pes, abdomen, & inguen, denique totum ingrauescit corpus, metusque sit ne tandem corruat hepar, vitietur omnino lien, ac eversa naturæ æconomia cum *anhydros* genio suo famelicæ ferientur partes, vitiumque contrahant, serpit enim in dies & vires acquirit eundo, viderandem factus affectus vniuersus sitim minatur & febrè, quâ, necessitudine nefandâ, mala cõsequitur tabes, nisi principis occurrere summû sit studium.



EDICORVM nutricem vitet laborans intemperantiam, fidem & peritiam obsequio comparat necesse est: virtus naturæ redimendæ non parua alterantibus inest alimentis; nec ab initio sunt audiendi *anhydros*, mittendum enim esse sanguinem cacochema poscit humorum plenitudo, parca ramen manu valide minus in hoc affectu suadent vires; demum stagnantium aquarum sordes & copia catharsim apprimè commendant, leuique purgante medicamento sed crebro celebrandam asseret, qui bonis agræ rebus consuevit semper, hypercatharsim laudatam Empiricis damnavit: apagè scammonium, colocynthida & vehementius huiusmodi remedium omine: quod sanguinem mundet, & emendet, ac sensim cum euphorisæ noxium eliminet, multum probò.



VI prauâ fuminendulorum imperitiâ venit olim in odium Mercurius, mirâ vi confert è plurimis si paratus ex arte cum alio congruo ac benigno cathartico ex prudentis peritique iudicio decur ad aliquot grana: hunc recentiores proficuum semper, malecium nunquam experti, albam Aquilam appellauerunt, summam illius mirati præstantiam, viscidis infarctis viscera blandè liberat excrementis, aquas exhaurit è vasis superfluas, massam humorum vniuersam tutò purgat, & synceram ad nutricarum partium redimit.

Ergo Hydropsi uterino Aquila alba.

ASSERTIONES THERAPEVTICÆ.

1. Fluori muliebri diuertica consentanea.
2. Suffocatis ab utero, præsentem etiam *anhydros*, quandoque mittendus sanguis.
3. Ut lapidem ætitem collo appensum contra abortum probamus, ita ferientem assumptum reculamus.
4. Primo gestationis tempore grauidæ periclitantur minus à venæ sectione, medio autem à purgatione minus.

Prepenebat Cadom 10 ANNES NOGENTIVS Berytaensis, in Medicina Baccalaureus, Praeside Nobili viro D. ANDREA GAYDINO Amplissimo Medice Decano, die 26. Augusti in celeberrima Cadomensi Academia, huius locique saluti. Anno salutis 1630.
PRO SYMMA ACOLLINARI LAVREA.

Ex Typographi M. F. RATZLE YTON.